

- 1 Depoe eos proprietate Mathias Creigius.  
 2 Capita Religiosæ Xenæ Grae Joach: Camerang.  
 3 Laus Xpi resurgentis Christopho Pelargg.  
 4 Armon Habraim Barth. Admanny.  
 5 Carmen Hab: Gidem.  
 6 Almg III Carmine Pancratio Crigery.  
 7 Prophetæ Jonas Carmine. Daniel Saxo.  
 8 Ecloga de Xpo triumphante Barth: Bylovis.  
 9 <sup>trina. Finis spiritus in p[ro]phetis in Cruce.</sup>  
 Canones Monachy <sup>trans</sup> Hildesheim in Cruce.  
 10 Davidis Tropæum Joh: de Cotteritz.  
 11 Davidis triumphy Jan: Henricy Scrotory de Güstrow.  
 12 de Mundi termino Joh: Polidory.  
 13 Ecloga in diem Martiny. Abraham: Decelis.  
 14 De Partu Novitatis Dethley Meyery.  
 15 Bernardy de gentu Mundi Carmine.  
 16 Joan: Fraxinge Melosy. Spangenbergy Wefeliny.  
 17 Concordia veriva Alberty Oleary.  
 18 Carminum Joach: Bilschy Liber 1.  
 19 Gregory Arabicy poematu.  
 20 <sup>prognosticon Joh: Stauby e.</sup>  
 21 Oratio Medua Carmine Laur: Homang.  
 22 Alberti bovi Panthelias.  
 23 De Incommodis Senectutis. Erasm: Rotterdam.

Q 3. 105 (1-66)

V

55  
Strennae Satyricae  
Hyperaspistes,

GENERICIS,  
DOCTRINAE,  
VIRTUTISQUE NO-  
BILITATE PRAE-  
CELLENTI,

DOMINO

GOTHARDO NOLDIO  
LIVONO,

IANVS BVRGAEVS  
RHODIVS L. M. F.



TVINGAE,  
Typis Georgij Gruppenbachij,

ANNO M. D. XCVIII.

STENNIS SAEVICIS  
Hyperbolicis

GENE R I S

D O C T R I N A

ALGEBRAE

ARTIS

DOCTO

GOTTFRIDO NOBILIO

LYONENSIS

IN ACADEMIA  
LITTEARUM

Typis Georgii Gropenbachii



<sup>1.</sup>  
STRENNÆ SA-  
TYRICÆ HYPE-  
raspistes,

S. P. D.



Vnt, quibus in Satyrâ videar nimis  
acer, & horum

Sunt multi; è multis sed tamen unus  
erat:

Ille repente duo facie arrodebat in unâ,  
Ecce Draconeas, en, Zabarellas, ait;  
Nec Zabarellas enim: Zabarellas, inquit ha-  
Ultima nimirum syllaba longa sat est. (bendū,  
Deinde Draconeas vocales vocula binas  
Fungit, ubi semper culta fit illa prior.  
Crimina magna duo, quibus ad triuale tribunal  
Pertrahor; at neutro crimine fortè reus.  
Laomedontæ nescit, puto, tempora gentis,  
Qui cupit, extremam quæ præit, esse breuem.  
Noxa sit ista prior. si fas, replicabo secundam,  
Nondum etenim causâ me cecidisse reor.  
Cur non à Zabarel dici zabarellas opinor?  
Cuurcasin hunc quinti corripuisse iugi

A 2 Arbitrer

Arbitrer esse nefas? cur hîc quis vapulet insons?  
Deniq; litterulam quis geminare vetet?  
Nempe vetat momus, cuius me sceptrâ latebant;  
F's niger est, hunc tu candide Livo caue.  
Latrantes stupeâmne canes? asinôsne rudentes?  
Non equidem, si me bucula calce petat.  
Hoc morer? hoc mirer? si esset secus, ipse dolerem  
Fndole ab ingenitâ degenerâsse pecus.  
Rana coaxando sese negat esse Dianam;  
Ni ruderes esses forsân, aselle, Leo.  
Scilicet hoc <sup>rad</sup> est, quod eorum forma requirit,  
Pelle quod exutâ vix posuisse queant.  
Mêne per incensum velle inclarescere fanum!  
Vel Cres, mi Faber, es; vel tibi tecta flagrant.  
Scilicet intextam Ramali vimine caulam,  
Credam delubri posse subire vicem!  
Nônne, quod è Latio Consultus verna negaret,  
Id lubet hisce, quibus cuncta nouasse lubet!  
Sceptice, quid dubitas? hara nônne his Ara Dianæ  
His, ait, est, mihi non; nix licet atra mihi: (est?  
Hoc patet, hoc certum est (pro certo Academicus  
Esse Stagiritæ fana profana minus; inquit)  
Nunc,

Nunc, ea congestis qui exurere torribus audent,  
 N'ónne Herostraticam promeruère facem?  
 Et tamen intererit, quòd erant adyta impia prorsus  
 Illa, quòd in cineres vsta abière leues:  
 Ista flagrant odijs; dabo: Conflagrare, negabo;  
 Cum sacra, nec fictæ sint fabricata Deæ.  
 At proprijs vtor! benè; pro communibus vtor,  
 Vt Curij, vt Fabij nomina sumpta leges.  
 Propria quid dixi? num propria nomina dices,  
 Quæ sic flexa omni proprietate carent?  
 Absit GOGLENIUS mihi sit GEKlenius, absit;  
 Hunc noto, cui Zabarel vapulat absq; dica.  
 At subtilis Aristotelis, subtilia sectæ  
 Dicta Stagyreæ nil tibi frugis habent!  
 Nempe TIBI nil frugis habent; concedo: quid in=  
 Ergóne simpliciter commoda nulla ferent? (de?  
 O òras! ò Anticyras! queis fastidita Lycei  
 Lautia dignæ adeon glande tutoq; sues.  
 Currite purgantis bibituri pharmaca succi,  
 Quantum alit hellebori fertilis Oeta cati.  
 Scilicet vt nil, non vulgò commune, tenerent.  
 Teutonicis Logicen edocuère sonis:

A 3

Hos

*Hos sapiunt, capiuntq̄ probè, quos pungit acumen,  
Theta quod obtusis ad capitella fodit.*

*Si libet, Acroasin patrià transfundite linguà,*

*Deinde Metaphysicos vertite, quæso, libros;*

*Vertite Teutonicis, peruertite cuncta loquelis,*

*Siq̄ placet, terram vertite, stante polo.*

*Magnum, ais, à Ramo quicumq̄ pependerit! ergo*

*Pendeat à ramo pendula turba suo.*

*Gallus erat Ramus; Ramismus Gallica labes*

*Gentilémne refert peste nocente luem!*

*Sed satis ista; nigros nimium ne fortè dealbem*

*Æthiopas, cum sit VELLE CUIQUE SVVM.*


*(num  
NOLDI, agè dic, uter hinc Herostratus audiet? an*

*For san ego! an Ramo pendulus ille Midas?*


F I N I S.







VD16  
PICA



55

Strennae Satyricae  
Hyperaspistes,

GENERIS,  
DOCTRINAE,  
VIRTUTISQUE NO-  
BILITATE PRAE-  
CELLENTI,

DOMINO

GOTHARDO NOLDIO  
LIVONO,

